IN NOMINE domini nostri iesu christi Amen Anno natiuitatis eius Millesimo quadringentesimo octuagesimoprimo die Quarta
mensis Aprilis. Vniuersis et singulis presentes litteras inspecturis pateat euidenter qualiter de Anno MCCCCLXXVIIII de mense Junij
fuit composita quedam condemnatio lata per eximium legum doctorem dominum Gabrielem de Gabrielis de phano tunc Judicem ciuilium &
criminalium Prouincie Marchie Contra priores: Comunitatem: sindicum: & particulares personas terre Montis sancti die quarta Januarij
eiusdem anni pro [illegible] quia suspenderunt quendam persanctem Asculanum armigerum [illegible] plura alia comisserant & perpetrarant prout in
dicta condemnatione [illegible] processu Latius continetur manu ser petri de Montelpero No[illegible] curialis apud acta Camere penes me notarium
infrascriptum ex[illegible] vz in libro condenationum folio quadringentesimoquarto [illegible] facta fuit per Reuerendum in christo patrem
et dominum: dominum [illegible] Tibertinum: dicte prouincie locumtenentem, ac Eximium [illegible]num Laurentium de Matis de vetralla ad hec & alia
pro sanctissimo d[illegible] papa Commissarium specialiter deputatum in dicta prouincia [illegible] apparet in Registro nouo dicte Camere
Ac demum huiusmodi compositio per dictam Comunitatem et homines dicte terre Montis San[illegible] integraliter persoluta: vt constat in libro Compu-
toris prefati domini Laurentij comissarij in Camera apostolica presentatum et admissi, manu mea [illegible]: atque patentibus litteris ipsius domini Comissarij
Quarum vigore, nomine Sanctissimi D. N. et Camere prefate Quietauit absoluit ac liberauit eandem Comunitatem homines et incolas dicte terre, eos
restituendo ad honores dignitates etc ac validitatem priuilegiorum suorum omnium: Et insuper ego Raphael Scarella de Carroso Albinensis diocesis
Camere apostolice Marchie Notarius supradictum processum et condemnationem predictam compositionis huiusmodi cum omnibus contentis in eis cas-
saui et irritaui iuxta stilum dicte Camere adeo vt nullius de cetero sint roboris efficacie vel momenti ac pro cassis irritis et anullatis
in perpetuum censeantur: Et ita per presentes fidem facio ac profiteor ne cuipiam contingat dubitare, Et pro vberiori cautela dicte vni-
uersitatis hominum et incolarum eius: Quas manu propria scripsi et sigillo meo ac signo roboraui.

Quietatio pene solute Tram. & suspensionis [illegible] de Asculo.

N.° 11.

1481

Assoluzione dalla pena d'aver fatto impiccare un Ascolano.

76